



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 72. Ordo Livionicus in Germania extinctus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI. iisque recuperatis bello ablata antiquis
A. C. 1561. dominis restitutum.

Verum huic fœderi sese opposuit Christophorus Megalopolitanus Rigensis Archiepiscopi Coadjutor, qui alium, præter Imperatorem pro summo domino suo agnoscere recusavit, moxque conscensa navi in Germaniam perrexit, ubi cum nullam a Cæsare, & imperii Ordinibus liberandæ Livoniæ spem reliquam videret, ad Sueciæ Regem confugit.

§. LXXII.

Ordo Livonicus in Germania extinctus.

Chytræus ib.
Et in append.
p. 974.
Thuan. l. 28. **M**ense Martio anni sequentis executioni fœderis utrinque dabatur initium, ac præprimis Gotardus supremus Ordinis Livonici Magister ritu solemnibus dignitatis suæ juribus cedebat, eaque in Nicolaum Ratzevilium Vilmæ Præfectum, qui tum præfens aderat, transtulit, simulque Crucem, Sigilla, cunctaque diplomata ejusdem Ordinis, qui jam ab anno Christi trecentesimo quinquagesimo septimo a summis Pontificibus, atque Imperatoribus fuerat institutus, eidem Ratzevilio consignavit unacum arcis Rigensis clavibus, ejusdemque civitatis portis: insuper Commendatoris officium, jus eundem

dendæ monetæ, piscium vectigalia, alia-
 que Ordinis jura omnia Regi cedebat: Sæcul. XVI.
A.C 1561.
 porro Sigismundus Augustus exemplo
 Sigismundi I. Patris sui, qui eadem
 ratione olim Porussiam imperio ablatam
 juris Polonici fecerat, abolito Livonico
 ordine, ac jurisdictione Archiepiscopali
 extincta non alio medio Livoniæ tran-
 quillitati consulebat, nisi ut Regni sui
 amplificationi unice intentus etiam Re-
 ligionem immutaret: denique abdic-
 atione facta Gotardus, uti convenerat,
 a Ratzevilio regiæ Majestatis nomine
 dux Curlandiæ, ac Semi-Galliæ pu-
 blice proclamatus est, & eidem tanquam
 hæreditario Domino mox Nobilitas Cur-
 landica, ac Semigallica solemni jura-
 mento sese obstringere cogebatur: po-
 stridie vero ab eodem Ratzevilio Regis
 itidem nomine Gotardus summus Re-
 giæ Majestatis Vicarius, ac Livoniæ
 Gubernator in Rigensi curia renuntia-
 batur, clavibus arcis, ac civitatis, quas
 ei tradiderat, ipsi redditis.

§. LXXIII.

*Valachia, & Moldavia a Jacobo
 Pari Marchione occupata.*

Sub idem tempus magna inter Va-
 lachos regiminis immutatio fuit
 subsecuta, quippe Jacobus natione Græ-
 cus, qui usurpato Heraclidis, & Ba-
 filici

*Thuan. l. 6.
 Neugobar
 hist. Pol. l. 8.
 Isthuenffhist.
 Hungr. l. 20.*